



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

LXVI. Bischof Johann von Havelberg trifft Anordnungen für den Kaland zu Neu-Ruppin, am 14. März 1391.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

stücke laven wy vorschreven ywan, lippolt, Claws vnd Kone, alle geheten von Qvitzow, vnd vnser Erven henneken vorgeschreven vnde synen Erven in guden truwen mit ener samenden hand, sunder jengerleie vertoch, hulperede vnd argelift vnd ane alle hulplike rechticheit, dar ene desse vorschreven stücke mede breken mochte. Des to tuge hebbe wy ywan, lipold, Claws vnd Kone, alle geheten von Qvitzow, vnser aller Ingefelgel laten hengen vor dessen breff, de geven ifs na godes bord duzent jahr, drehundert jar, darna in dene en vnd negentigsten jare, in sunte Marcus daghe.

Aus Seidell's handschriftlicher Urkundenammlung 42, f. 152.

LXVI. Bischof Johann von Havelberg trifft Anordnungen für den Kalend zu Neu-Ruppin, am 14. März 1391.

Johannes, Dei gratia Havelbergenſis eccleſie Episcopuſ, Diſcretis viris Altariſtiſ ſeu Altarium rectoribus preſentibus et futuris eccleſie beate Marie virginis in noua ruppini noſtre diocelios ſalutem et ſinceram in Domino caritatem. Quoniam pro parte veſtra expoſitum eſt deuote coram nobis, quomodo vos pio ducti affectu certis anni terminis conuentus fraternales, quos communiter Kalendas appellatis, facere et cultum Dei promouere affectantes officia diuina, tam pro viuus quam defunctis celebrare ac in remedium peccatorum veſtrorum aliis miſericordie operibus intendere, decreuiſtis feciſtiſque humiliter ſupplicari, quatenus votis veſtris in hijs annuentes, ea autoritate noſtra confirmare dignemur et preſertim in articulis infra ſcriptis. Imprimis, quod quilibet preſbiter de veſtra ſocietate ſemel in qualibet anni ebdomada celebrare teneatur miſſam de beata maria virgine glorioſa pro viuorum fratrum et ſorum dicte ſocietatis ſalute, annectendo, collectam: Deus, qui caritatis dona etc. Similiter et qualibet anni ebdomada vnam miſſam pro defunctis, niſi alicuius feſti ſollempnitate fuerit prepeditus. Item tam preſbiteri, quam eciam clerici in minoribus ordinibus conſtituti dicte ſocietatis teneantur duere, ſingulis diebus pro viuorum fratrum ac ſorum ſalute pſalmum Deus miſereatur, cum collecta Deus, qui caritatis dona, pſalmum vero de profundis cum collecta Deus venie largitor pro requie defunctorum, layci vero fratres vel ſorores ſepties oracionem dominicam et ſepcies ſalutationem angelicam pro viuus et eciam tocies eadem dicere debent cottidie pro defunctis. Preterea ſingulis annis fratres dicte veſtre ſocietatis debent ſimul conuenire in eccleſia beate marie virginis in noua ruppini ſic, quod plebano ibidem in hijs et in aliis infra ſcriptis nullum preiudicium generetur in quatuor terminis inferius designatis et in quolibet terminorum ipſorum duas miſſas ſolempniter decantare cum collectis prenotatis. In primo termino, qui fieri debet feria quinta proxima poſt feſtum Purificacionis marie virginis prima miſſa pro defunctis, ſecunda de beata virgine celebrentur. In ſecundo termino, qui peragi debet feria quinta proxima poſt dominicam iubilate, prima miſſa pro defunctis, ſecunda de corpore chriſti dicantur. In tercio termino, qui ſeruari debet feria quinta proxima poſt feſtum beati Jacobi Apoſtoli, prima miſſa iterum pro defunctis et ſecunda de corpore Chriſti ſimiliter decantentur. In Quarto termino ſcilicet feria quinta proxima poſt feſtum beati martini episcopi peragenda prima

missa dicitur pro defunctis, secunda de beata virgine gloriosa et in quolibet terminorum prescriptorum feriis quartis proxime precedentibus dictis quintis feriis vigilie defunctorum a fratribus eisdem decantentur. Quilibet vero presbiter de dicta societate in singulis predictorum terminorum debet missam celebrare pro defunctis. Si quis autem impeditus fuerit, ita quod ea die non poterit celebrare, apud rectorem seu decanum vestre societatis se de hoc excusabit. Quilibet quoque fratrum non existens in sacris aut sororum in quolibet terminorum prefatorum triginta pater noster in sero pro vigiliis dicat et totidem de mane infra missam. Verum quoniam fratres in dictis terminis pro seminandis spiritualibus conuenientes non habent, vnde nomine predictae societatis reficiantur, ordinatis, quod de propriis vestris bonis pastus fiant fratribus et sororibus conuenientibus ratione premissorum, Ita videlicet, quod quilibet frater in suorum peccatorum remedium teneatur ex ordine in aliquo duntaxat predictorum terminorum fratribus facere de sero collationem et in ea procurare potum cum speciebus, de mane autem pastum non de lautis sed de cibis communibus in quatuor serculis competenter preparatis, frater vero huiusmodi pastum faciens nullum extraneum inuitet nisi de decani et fratrum licencia speciali. Quicumque autem fratrum aut sororum ad predictos conuentus seu terminos non venerit, nisi causa rationabili coram decano et fratribus se poterit excusare, vnam libram cere pene nomine ad luminaria dicte societatis teneatur erogare. Quilibet etiam sacerdos de societate prelibata quociens missam dixerit memoriam fratrum viuorum et mortuorum in canone et in locis aptis generaliter habeat. Item quod quam primum de obitu Episcopi ecclesie nostre Havelbergensis fratribus dicte societatis certitudo claruerit, fratres ipsi pro exequiis eiusdem in vigiliis et missis ac aliis vt premissum est celebrandis conueniant, humiles preces pro requie anime ipsius effusuri. Ceterum quod quilibet fratrum uel sororum, etiam si quem eorum absentem esse contigerit, in singulis terminis supra dictis duos denarios datiuos pro elemosina debet erogare seu offerre. Preterea quod si quem fratrum, vel sororum de huiusmodi societate vergere sine suo vicio contigerit ad inopiam, Illi quilibet frater et soror eiusdem societatis de fratrum communi consilio in vno solido denariorum, uel etiam in summa ampliori, quociens fratribus visum fuerit, debet nomine elemosine subuenire. Item vt licite possitis pro omnibus supra dictis et inferius etiam describendis vnum de fratribus vestris in rectorem seu decanum assumere, in quem maior pars fratrum duxerit consentire, qui omnia et singula supra et infra scripta procuret fideliter obseruari moneatque fratres uerbo et exemplo, ut commiseracionem bonam habeant, caste uiuant, linguam a malo coherceant, detractiones euitent, superioribus suis obediant et breuiter concludendo sic uiuant vt sibi lucro aliis autem scandalo non fiant, onera sua inuicem supportent, et si quis eorum causam legitimam habuerit, alii sibi fideliter assistant consilio, auxilio et fauore. Quodsi quis fratrum, uel sororum fuerit, qui supra et infra scripta, uel aliquod eorum recusauerit contumaciter obseruare, nisi monitus respuerit, de societate huiusmodi ejiciatur. Insuper quod cum fratrem aut sororem dicte societatis contigerit infirmari, Camerarii eiusdem societatis mox huiusmodi infirmum debent visitare ipsumque inducere ad ordinandum et faciendum suum testamentum et procurare, quod dictus infirmus quantocius salutis sue scilicet viatici et extreme vnccionis percipiat legitime sacramenta. Quod si forte infirmum decedere contigerit, debent camerarii singulos fratres conuocare, vt in sero iuxta funus longas decantent vigiliis et die sequenti duas missas pro defunctis, ad quas oblaciones suas facere teneatur quilibet fratrum et sororum missaque et commendacionibus iuxta morem finitis corpus defuncti ecclesiastice tradere sepulture. Si quis autem fratrum uel sororum, vocatus ante obitum fratris uel sororis, sciens non venerit ad exequias, nisi causa rationabili coram Decano et fratribus se poterit excusare, vnam libram cere pene nomine ad luminaria dicte societatis tenatur erogare.

Pro huiusmodi vero fratrum vel fororum decedencium seu animarum requie infra scripta suffragia separatim faciant dicte vestre societatis fratres et sorores scilicet, quod quilibet in sacerdotio constitutus triginta missas defunctorum et totidem peragat vigiliis, Alii vero per triginta dies qualibet die triginta dicant pater noster, Quodque in diebus deposicionum fratrum uel fororum dicte societatis, si facultates defuncti seu defunctorum ad hoc sufficiant, caritatiue ut prescriptum est reficiantur fratres, qui exequiis interfuere defuncti. Nos igitur cultum diuinum summa diligentia dilatare affectantes vestris in hac parte votis grato assensu annuentes dicte vestre societatis institutionem et propositum in omnibus et singulis suis articulis supra dictis, nec non donaciones seu legaciones pia fidelium deuocione vobis factas dicte societatis nomine, Aliasque uestras laudabiles consuetudines et iuri consonas gratas ac ratas habentes eas vobis vna cum possessionibus et bonis aliis, si quas uel si que in presentiarum tempore forte ad vtilitatem et nomine ipsius societatis iuste tenetis et iam possidetis, autoritate nostra ordinaria in Dei nomine confirmamus ex certa sciencia per presentes. Insuper omnibus et singulis vere penitentibus et confessis, qui vestre societati manus porrexerint adiutrices, aut eandem verbo facto aut fauore promouerint uel defenderint, aut vigiliis et missis tempore memoriarum fratrum uel fororum interfuerint et eas deuote audierint, quociens aliquid premisorum fecerint; Nos de dei misericordia et beatorum petri et pauli Apostolorum eius meritis confisi tociens quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis in domino misericorditer relaxamus. In quorum omnium euidens testimonium presentes literas nostri sigilli autentici appensione mandauimus communi. Datum Wistok, Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, feria tertia post dominicam Judica.

Aus Beckmann's handschriftlicher Sammlung.

LXVII. Markgraf Wilhelm von Meissen verfügt über die Zahlung der Urbede zu Prischwalck, am 17. September 1395.

Wilhelm, Marcgrave thu Meissen vnd Lantgrave in Düringen. Vnser grufs Zuvor. Ir Wisen ersamen Lüte, Ratman vnd Borger tzu Prischwalck, Besundern Lieben. Sulche Urbete, die ir Claus Roren, vnserm hauptman in der Prigenitz, vor tzyten betzahlt habet, vnd ouch die ir ym nu vff sunte Mertins tag Bezahlen werdit, das Wir ouch von euch Begeren, das ir ym die gebet, vnd wenn ir yn dann also bezalet, So sagen wir euch der Urbete, alze die ir Vormals ym gegeben habet, vnd nu bezalen werdet, alze dann, wenn sy ym bezalt ist vff dis Jar, Von vnser Swagers, Ern Jostes etc., vnd Von vnser wegen quid, ledig vnnnd los mit craft diz Brieffes, daruff wir vnser Insiel haben latzen drücken. Gegeben tzu Tangermünde, am Frytage nach exaltationis Sancte Crucis, Anno Domini etc. XC quinto.

Aus Beckmann's handschriftlichem Nachlasse.